¶ Scripſiſſem frequentius cariſſime vir ad te/ de ſingu/
lis/ niſi varie occupationes/ animū meū in alia diuerſa ra
puiſſent. ⁊ ſi interdū quid ocij nactus fuerim. nō erat aſtās
nuncius. Sed nūc iſto cum oportuno gerulo/ te ſcire exop
to. me varijs inuolui miſerijs/ multiſq; curis īplicaui. vt
quid acturus ſim/ que conſilia ſectaturꝰ/ incerte me res/ in
certū faciūt. Si tibi animi mei/ anxias/ curas/ quas dira
tpm calamitas/ peperit. ſcribere conabor. nō erit hec mea epi
ſtola/ vel modū/ vel exitū habitura. Planiꝰ/ ad ea q̄ me pū
gunt. puncta deſcenderē. niſi quoddā ſecretū obſtaret. quod
nun pſtiterit ſiluiſſe. Decreui hec oīa/ in tempus reliquū p
trahenda. donec alterno pfrui colloquio dabitur Interea va
le. ſuperiſq; cariſſimus eſto.

¶ Conſulit amicus amico. ne patriam redeat bel
li furore turbatam.

¶ Chariſſime frater. Neſcio quid mihi ad aurez cecidit/
q̄ ex vrbe ad nos q̄ꝫ primum deſcendere paras. Frater ſi mi/
hi credas. ⁊ te ad iter nondum accinxeris. tuū reditum ad
hyemē vſq; ptrahes. donec pacē nacti fuerimꝰ/ tpis maio
rem clementiā. Nam apud nos/ vndiq; multa ſurgunt ma
loꝝ inicia. ⁊ horrenda ſemina belli/ vt vix vſq; ſine lapſu/
pedem figas. Et q̄ꝫtum ego hanc reꝝ ſeriem pſpicio. attenti
uſq; mecū ſingula voluo. habebitur meo iudicio felix/ qui
poterit inter tanta belloꝝ incendia/ abſq; omni pꝛſus leſio
ne/ abiere. Caue. conſulo. qui honeſta abſentia tutiſſimꝰ es
ne p feſtino reditu/ in picula plabaris. Vale longa die/ et
voto felici. Ex Bon. Julij. vij. tarde dum leta traherent cre
puſcula noctem.

¶ Intimatio nouoꝝ ciſalpini. ſuper diritate bel/
loꝝ/ ad amicū/ in italia cōmorantem

Plurimas (iocūdo corde) ſalutes. Frater chariſſime. no
ſtra patria/ bellis ſe grauibus attenuat. Quaſſatur motibꝰ
inteſtinis/ ⁊ ardet iam pprius flammis/ que diu trepidauit
tanq; dubia videretur. in quā ptem eſſet caſura. iam ſupina
iacet. nec video quō ſe erigere poſſet Que ⁊ ſi forſan aliquū/
in cubitū erecta. ſpēm ſurgentis pferre videatur. mox non/
niſi ſuoꝝ manibꝰ impulſa/ relabitur Nec video quid reſtat

niſi que magna gloria floruit. miſera ſeruitute ſeneſcat Nul
q̄z viatoribus tutus eſt tranſitus. Tota regio obſeſſa eſt la/
trunculis. Fac igitur conſulo. quod immunda animalia ſo
lent. ſordes timentia / que vbi cauernulis egreſſa. locū / ce/
no obſitum / vident. pedem retrahūt. ⁊ intra latibulū ſuum
ſe rurſus receptant. Mane igitur vbi es. eo felicior / quo re
motior / vbi gaudeas. vbi nullo turbāte quieſcas Uale in
eo / qui mare / qui terras / qui ſidera fecit.

¶ Reſponſio amici in italia commorantis. ad ci ſalpinum

¶ Salutes. felicium votoꝝ datrices. Si omnes calamita/
tes / quas vndiq̄z in italia vidi. ſcribere pergo. citius carebo
verbis / q̄z rebus / priuſq̄z tpe / q̄z animo. Caſtra vndiq̄z eq̄
tes vomunt. ſtrepunt arma / concrepāt tube. Et (vt Augu/
ſtini verbum eſt) ferree tunice viroꝝ fortiū membra cōſtrin
gunt Intenſus geritur arcus / nudus enſis / ⁊ haſta leuata
ſacra ſpoliant. polluunt. ⁊ pphanant. Maleficioꝝ eīn licē
tia / cadunt vniuerſa in predam. Nihil miſeris relinquitur
agricolis / quo vitā trahere terram colere. coniuges / aut li/
beros educare poſſint. Jam video. quid noceat belloꝝ timl
tus / ⁊ agitans diſcordia ciuium Si ſortē patriaꝝ / luct⁹ /
et ſqualorē cerneres. vaſtitates ⁊ clades / quibus premitur
paup̄ popellus / iam lucem odires. mortem optares. clama
reſq̄z illud poeticū. Jam ſatis eſt ſuperi / veſtro ꝙ numine vi
xi. Parcito queſo. iuuat de tpis iactura conqueri. et cordis
anguſtias denudare. Succurrat ille / qui nouit planare ſub
limia / ⁊ alti⁹ eleuare pſtrata. Uale in eo q̄ dat eſcā oī carni

¶ Rurſus ciſalpinus. reſcribit ad amicum italū mala / malis comparādo

¶ Amiciciā (ſupra q̄z ſcribi poteſt) p ſalute. Ubi italie cru/
delia bella narraſti. que multis maloꝝ aculeis oppſſa / iacꝫ
vbi tuo tranſitu / flammiferas vndiq̄z faces volitare vidiſti
vt multa iam opida / in cinerē ⁊ fauillā redacta ſunt. Mi
ra tn̄ omnia ſunt. ſi ea ad patriā nr̄am acerbis cladib⁹ / ple/
nam cōparabis / que iam ita deperijt. vt ne domūcula ſalua
p̱manſit. cuiuſq̄ſi incenſas villas cerneres. caſtra diruta / ſā
guinem p̱ riuos fluere. cadauera ceſoꝝ in campis cōſtrata. ſe